

*168. Instrumentum locationis
seu concessionis della chiesa
cattedrale di S. Gerardo*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*168. Instrumentum locationis
seu concessionis della chiesa
cattedrale di S. Gerardo*

1553-01-23

(c. 373v) In nomine domini nostri Iesu Christi amen. Anno a nativitate ipsius millesimo quingentesimo quinquagesimo tercio, regnatibus serenissimis et captolicis principibus et invictissimis et potentissimis dominis nostris dominis Carulo de Austria, divina favente gratia rege Romanorumque imperatore semper augusto ac Iohanna de Aragonia eius matre et eodem Carulo eius filio primogenito eadem divina gratia regibus Hyspaniarum, Castellorum, Aragonum, utriusque Sicilie, Jerusalem etcetera regnorum vero eorumdem matris et filii in hoc regno Sicilie citra farum anno tricesimo septimo, imperii autem ab electione anno tricesimo quinto feliciter amen, die vigesimo tercio mensis ianuarii, undecime indictionis, Potentie.

Nos Cesar Famagosta de Potentia annalis et leteratus <sic> iudex, Nicolaus Gribbius Serranus incola dicte Potentie civitatis, publicus per totum idem regnum // (c. 364r) Sicilie citra farum regia autoritate notarius et testes subscripti ad hoc specialiter vocati et rogati, presenti scripto publico locationis terrarum instrumento fatemur, notumfacimus et testamur quod eodem predicto die coram nobis et in nostri presentia presentibus et personaliter constitutis reverendo domno Tullio de Balzano, dicte Potentie civitatis, generali procuratore venerabilis ecclesie Sancti Girardi, de qua procuracione nomine plena constit, consentiente prius in nos iudicem et notarium tamquam in suos, cum sciret ex certa eius scientia nos suos non esse, tamen ipsi nomine iurisdicioni sponte se sumisit, agente et <stipulante> ad infrascripta omnia et singula procuratorio nomine dicte ecclesie et suorum successorum, parte ex una, et Aniballe Taridiola <sic> dicte civitatis, agente similiter

ad infrascripta omnia et singula pro se, ipsis suis generalis // (c. 374v) et successoribus universabilibus et particularibus, parte ex altera, prefactus quidem domnus Tullius procurator ut supra sponte, non vi, dolo malo, metu, ne(m)i(n)e inductus, nulla impressione aut suasionem motus vel aliter circumventus, ut dixit, sed sua mera, pura, libera, gratuita et spontanea voluntate in nostrorum quorum supra iudicis, notarii et testium subscriptorum presentia, pro evidenti comodo, conmodo <sic> et utilitate dicte ecclesie locavit, affectavit et concessit et locationis et concessionis titulo et affectus dedit et per fustem assignavit dicto Anibali presenti, recipienti et stipulanti ac concedenti pro se, suis heredibus et successoribus, infrascriptas terras dicte ecclesie, videlicet pertinentiarum terrarum situi in territorio dicte civitatis, ubi dicitur lo Prato grande, confinatum versus orientem iuxta vallonum Sancti Anell[i], versus orientem iuxta vallonem dictum della Machia, versus meridiem iuxta vallonem Sambuci, versus septentrionem iuxta terras dicte ecclesie, quadam soritella mediante; aliud vero petium // (c. 375r) est situm ubi dicitur lo Vallone de la Rossa, confinatum versus orientem iuxta terras dicte ecclesie quas tenent domnus Angelus de Corduba et Nicolaus Vetulus et alii, versus occidentem iuxta terras Sancti Francisci quas tenet Hieronimus de Bono Iohanne, versus meridiem iuxta terras dicte ecclesie Sancti Girardi quas tenent dicti domnus Angelus et Nicolaus, versus septemtrionem iuxta terras dicte ecclesie, vallone della Rossa mediante, et alios fines, etiam cum omnibus eorum iuribus et pertinentiis ad terras ipsas spectantibus et pertinentibus quoquomodo per annos novem sequentes, incipiendo a primo die mensis septembris primi futuri anni XII

indicionis, et quod predicta locatio intelligatur facta de triennio in triennium et non aliter nec aliquo modo, pro annua locatione frumenti et eoru(m) octuaginta ad iustam et modernam mensuram; quas terras ut supra locatas et concessas durante ipsius dicti afflictus dictus procurator promisit alteri non locare // (c. 375v) nec arendere ipsasque terras defendere, disbrigare, antestare, excalumniter et de evitione teneri ab omnibus hominibus et personis quibuscumque, dominis, universitate seu collegio et ab omni persona volenti contravenientem et omnem litem forte movendam per quascumque personas contra dictum Aniballem conductorem et eius heredes et successores, durante dicto tempore, supra dictis terris ut supra locatis proprie <sic> ipse locator ac ipsi <successores> et dicta ecclesia et successores eius teneatur ad requisitionem simplicem vel sollemnem dicti conditoris <sic> et eius heredum et successorum in se ipsum et dictam ecclesiam assumere, prosequi et subire, suis et dicte ecclesie propriis sumptibus, laboribus et expensis a principio litis et usque ad finem et tam ante litem concessam quam post et in omni pretorio iudicio et in causa etiam appellationis et in omnem eventum et casum et in omni successu temporis dictum conductorem et eius heredes et successores victores et potiores facere in causa ipsa et eos preseverare // (c. 376r) indemnes et inlesos a tota causa contrastionis predicta et versa vice dictus Anibal conductor, proprie et contrie(n)te, speciali patto et teneri voluit, dicto locatori presenti et recipienti et stipulanti ut supra, quolibet anno dictas terras laborare et laborari facere actis et congruis temporibus, ut decet, ac dare, traddere et consignare seu dari, traddi et consignari facere dicto procuratori et qui per ipsum fuerit in dicta ecclesia

aut alteri eiusdem ecclesie legitimi procuratori et cui hoc scriptum legitime in manibus apparuerit, quolibet anno durante dicta locatione dictos frumenti thumulos octuaginta ad dictam iustam et moderatam mensuram in area, tempore reclamationis in dictis terris aptas ad recipiendum de frumento recolligendo in eis, in pace, integer et sine diminutione qualibet itaque in fine unius cuiuscumque anni durante dicta locatione sic et esse debeat per dictum conductorem et eius heredes et successores dicto locatori <seu> alteri legitime // (c. 376v) persone cuius nomine de dicta annua locatione et pensione intager et plenarie satisfactum, sine dilatione et requisitione quacumque, omni iuris vel facti exceptione et cavillatione cessante; quam locationem, afflictum et concessionem dictarum terrarum et omnia alia predicta et infrascripta in presenti instrumento contenta et ad invicem premissa, promisserunt ambe partes ipse una alteri et altera alteri, legitima stipulatione precedente, ratam, gratam et firmam ac rata, grata et firma prout ad unamquacumque ipsarum spectare et pertinere, habere, tenere perpetuo et inviolabiliter observare et contra non facere, dicere, opponere vel venire, in iudicio vel extra, de iure vel de facto, aliqua ratione vel causa, ratis et firmis remanentibus pactis et conventionibus supradictis, quia sic inter partes ipsas ex speciali pacto actum extitit et conventum, lege qualibet non obstante, // (c. 377r) sub obligatione earum ipsarum partium, habere et successorum earum ac bonorum dicte ecclesie omnium mobilium et stabilium seseque moventium, presentium et futurorum ubicumque se contentum et de cetero extitere, cuiuscumque vocabuli appellatione distintorum ac etiam eorum que in generale obligatione non veniunt sine speciali verborum expressione et quod etiam ad

ignorata exledearum precario nomine et penam unciarum auri decem, medietate videlicet ipsius pene, si eam committi contingat, regie, apostolice curie vel alteri curie cuicumque ubi exinde reclamatio facta fuerit vel querela, ex altera pene cuiusdam medietatis <sic> parti prefata observanti et non contravenienti et eius heredibus et successoribus integra persolvenda, totiens quotiens fuerit exinde quomodolibet contraventum, me predicto notario tamquam persona publica pro parte dicte curie et ipsis partibus p[re]sentibus pro se ipsis eorumque heredibus et successoribus, una videlicet ab altera et altera altera <sic> penam // (c. 377v) sollemniter et legitime stipulantibus antedictam; qua pena commissa vel non commissa, soluta vel non soluta, exapta vel non exapta aut gratiose remissa, presens nihilominus instrumentum cum omnibus in eo contentis in suo semper robore et efficacia perseverent, rato manente pacto cum refectione et integra restitutione omnium et singulorum damnorum interesse et expensarum litis et extra litem que fierunt <sic> propterea quoquomodo, de quibus stari et credi debeat assercioni cum iuramento tantum alterius ipsarum partium predicta observantis et non contravenientis et eius heredum et successorum, nulla alia probatione quesita, ita quod reduci non possit ad arbitrium boni viri nec exinde quomodolibet appellari aut aliter reclamari. Que bona superius oblata dicte partes constituerunt se precario nomine tenere et possidere pro parte alterius ipsarum partium predicta observantis et non contravenientis // (c. 378r) et eius heredum et successorum; quod precarium liceat et licitum sit unicumque ipsarum partium predicta observanti et non contravenienti et eius heredum et successorum revocare, ad se advocare seu revocari facere

quandocumque eis placuerit, simpliciter vel sollemniter et ut melius eis videbitur et placebit, nulla iuris vel facti sollemnitate servata que in huiusmodi bonis capiendis, vendendis, alienandis vel in solutum tenendis et dandis de iure requiritur. Et renuntiaverunt partes ipse una alteri et altera alteri presenti, recipienti et stipulanti pro suis heredibus et successoribus voluntarie et expresse, ex certa eorum scientia, exceptioni doli mali, vis, metus et in factum, presentis non sic celebrati contractus rei que predicto modo non geste seu aliter habite quam ut superius et inferius continetur et est expressum, exceptioni deceptionis et fraudis, privilegio fori, beneficio restitutionis in integrum, exceptioni et legi dicenti res // (c. 378v) ecclesiasticas per t(rienniu)m ipsius locari non posse, condicioni indebite ob causam, sine causa, litis, privilegiis cum aliis moratoriis et rescriptis impetratis vel impetrandis; et ipsis impetratis promisserunt dicte partes non uti nec ipsorum vigore et liqua-liter se in ea vel usibus, consuetudinibus, constitutionibus et capitulis regni huius premissis vel ipsarum alicui adversantibus quoquomodo et omnibus aliis legibus, exceptionibus, questionibus, compensationibus, allegationibus et defensionibus iuris et facti quibus et propter que dicte partes et eorum heredum et successorum premissa vel ipsas aliquid venire possent quovis modo aut ab ipsarum observantia se tueri, iuri dicenti generalem renunciacionem non valere et iuri quo cavetur quod dicto iuri renunciari non possit ac omnibus aliis legibus, canonicis et civilibus et auxiliis omnibus in corpore utriusque iuris existentibus et repertis; certiorate prius dicte partes, ut dixerunt, per iuris peritum de iuribus ipsius et // (c. 379r) effectibus ac beneficiis earumdem antequam renuntiaverunt eisdem. Pro quibus omnibus

supradictis et infrascriptis et eorum singulis firmiter
actendendis, adimplendis et inviolabiliter observandis
quodque predicta omnia vera sunt et eorum singula et
in nullo unquam vacillare, dicte partes una alteri et
altera alteri presenti, recipienti et stipulanti, ut supra,
coram nobis eisdem, iur(e) et corporaliter tactis licteris
ad sancta Dei evangelia prestiterunt iuramentum; et
fuit actum infra contrahentes eosdem, pro cauthela
uniuscuiuscumque ipsarum partium et earum heredum
et successorum, quod si qua iuris vel facti sollemnitas
in presenti instrumento deficerit vel clausula, tacite
et expresse intelligatur in eo et totiens corrigi, refici
et emendari possit quotiens opus erit ad sensum
et consilium sapientis eligendi per partem predicta
observantem et non contravenientem et eius heredum et
successorum, donec veniat ad lucidam formam veritatis
et facti substantia non mutata. Unde ad futuram rei
memoriam // (c. 379v) et dictarum partium preces et
ipsarum ac eorum heredum et successorum cautelam et
omnium quorum et cuius interest et interesse poterit in
futurum certitudinem, factum est exinde de premissis hoc
presens publicum locationis terrarum instrumentum, per
manus mei predicti notarii, signo meo solito signatum,
mei cuius supra iudicis et nostrorum subscriptorum
testium signis et subscriptionibus roboratum.

1

2

3

*Così S qui, in docc. coevi (anche in originale) Grisius
Così S per nostre
Così S per heredibus*

10

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

Così S per conducenti
Così S per petium terrarum situm
Così S per thomolos
Così S per nobis plene constitit
Così S per ipso dicto affitto
Così S per arrendare
Così S per excalumniare
Così S per contravenire
Così S per successio
Così S per? contraventionis
Così S per? presente et consentiente
Così S per aptis
Così S per recollectionis
Così S per integre qui e in seguito

18

19

20

21

22

23

24

25

26

27

28

29

Quod scripsi ego idem Nicolaus publicus ut supra
notarius qui premissis omnibus vocatus et rogatus
interfui ipsumque meo consueto signo signavi. (SN) Ego
Cesar Famagosta civitatis Potentie annalis iudex pro
presenti anno ad predicta interfui et manu propria me

Così S per heredum

Così S per existentium

Così S per exitutorum

Così S per extendantur

Così S per et

Così S per ultra

Così S per licteris

Così S per et aliquoliter se iuvare

Così S per ipsorum

Così S per vacillant

Così S per realiter

Così S per contestatam

subscripsi Io Colella de Liia de Potenza so testimonio
 Io Federico de Iordanuo de Potenza so testimonio Io
 Pirro Paulo de Lia de Potenza sone testimonio Io Ioanne
 Peradino Ce(n)tomane Potentie testor